ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Collegarum atque meae commendationi aliquid denuo superaddere, id vero esset ad summum inspiciarum venisse. Scribo tamen quia lator praesentium hoc demisse a me petiit. Veretur scilicet ne Knutius plus favoris deferat Doorsio quam sibi. Ego, ne plus illi honoris deferat, quam nobis. Ex meo collegio quod apud suos Zelandos ut fructam messem aut stipulam habet. Nolim tamen hoc scripsisse si scripsisse tibi aegre sit. Optimus tuus faber nimium graviter post recidivam laborat. Utinam ut remedijs quae parantur toto liceat convalescere. Qui universa prospicit respiciat illum in hoc discrimine ac liberet Deus. Statuarius Gallus Jacobus Martini, quod te nescire nollem, in gratiam Augustae, te obiit Vlissingae in aedib. principis tui ut ajunt. Nulla unquam erga externos humanitas fuit. Ignosces impolitae scriptioni. ubi otium potiemur hanc lituram pensabimus. Itaque vale ac salutes meo nomine Dominam una cum uxore ac liberis.

rerum

Tuus Affinis in aevum veterem

D. de Wilhem

7 Xb. 1635. Hagae.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 40
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1325a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 40
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1325a